

51.
4
HENRICI PHILIPPI
DOEBNERI,

ILLVSTRIS REGIMINIS SAXO-COBVRGENSIS
ADVOCATI ORDINARII

DISSE R T A T I O
IN AVGVRALIS
DE
TAXA
F E V D A L I

8f 1719, 36
(5)
Vom

L e h n - S a r.



IENAE, RECVSA LITTERIS CROEKERIANIS,
M DCC XXXVIII.

HENRICI PHILIPPI

DORFSTADT
HISTORICIS ET HONORIBUS
AD vocati ordinis

DISSECTATIO

HISTORICIS

A X A T
I L A U E I
R E V D A L I

1000-1000



BRUNAE RECENS ITALIE CROATIAE
M DCC XXVII



PROOEMIVM.

Non est, cur iuris feuda-
lis eiusque cognitio-
nis vtilitatem ac ne-
cessitatem multis ver-
borum ampullis com-
mendem, cum omnibus, qui vel
mediocriter saltem in iure versati
sunt, isthaec satis abundeque iam
pateat, adeo, vt praesertim in nostro
Imperio Romano-Germanico nul-
lum Regnum, nullus Ducatus, Co-
mitatus, Baronatus, imo nullum
oppidum ferme reperiatur, in quo

A 2 iuris

iuris feudalis cognitio non sit neces-
saria. Inter materias vero eiusdem
mihi Dissertationis Inauguralis spe-
cimen edituro p^rae caeteris arrisit
doctrina de Taxa feudali, tum quod
de illa parum adhuc literis concin-
natum nouerim, tum quod eius usus
in patria mea quam maxime in-
praesentiarum se exerat. Collegi
itaque de materia ista nonnullas
theses, easque placidae disceptatio-
nis aleae, vt eo melius discuterentur,
discussaeque explanarentur, submit-
tere constitui, quod vt felicius diri-
gatur & optatius perficiatur,

Nunc precor, vt summum Numen
mea copta secundet:
Sic sane poterunt cedere cuncta
bene.

I. N. D.



III. THESES.
I. N. D. N. I. C.

um nemo res probe intelligat, nisi prius verba cognoverit, quippe per quae res ipsa significatur, ideo primum ad ipsam Taxae feudalis definitionem perueniam, vocum derivationem & significationem praemittere necessarium esse duxi.

THESES. II.

Vox autem Taxae sine dubio descendit a taxando, quod significat pretio aestimare apud PLIN. Hinc taxatio dicitur, Festo teste, quae fit certae summae, quam Iudex etiam post principale negotium definitum facere potest. *I. Terminatio C. de fruct. & lit. expens.* & hinc taxatio sumitur, ut Iustiniianus autor est in *Nouell. 63. & 82.* pro summa quadam

6 DISSERTATIO IN AVGVRALIS

dam pécuniae ab eo, qui iudicio praeest, definita; id quod plerumque fit iurisiurandi in litem refrenandi causa. *I. videamus §. pen. ff. de in lit. iurand. I. 3.* §. praeterea ff. ad exhibendum *I. arbitrio §. I. ff. de doto.* *I. qui restituere. ff. de rei vind.* Taxationes etiam dicuntur in testamentis & contractibus praescriptiones quaedam verborum, quibus oratio aut coérctetur aut dilatatur; Nam plerumque taxationes efficiunt, vt minus, quam dictum sit, debeatur.

THES. III.

Feudalis autem dicitur a feudo, cuius vocabuli deriuations ac significaciones varias inquirere iam nec instituti ratio efflagitat, nec operaे pretium esse duco, cum de hac materia vt & de feudorum origine haud pauca Doctorum extent scripta, inter quae ex nouioribus praecipue legi merentur IACOBI CAROLI SPENERI, I. V. D. & P. P. Witteberg. *primitiae obseruationum historicо - feudalium*, vbi etiam tradit definitionem feudi, quod scilicet feudum sit beneficium seu beneuola & libera rei immobilis aut aequipollentis concessio, cum utilis dominii translatione, retenta proprietate seu dominio directo, sub fidelitate & exhibitione honestorum seruitiorum. *Obseru. 3. §. 4.*

THES. IV.

Effertur Taxa feudalis aliis nominibus & vocatur laudemium, sed abusive ac minus propri. WEHNER. *in obseru. pr. sub voc. Handlohn.* Siquidem laudemia inter obuentiones ad Dominos directos perti-

pertinentes referuntur, & per hoc in praefecturis a Symbolis, quae praefectis solent pendi & dari, den Schreib-Schilling separantur. FRANZK. de laudem. cap. IV. num. 43. & 44. Dicitur etiam Releuum apud ITTER. de feudis Imp. cap. XI. §. 13. quae vox Hispanis atque Italica non infrequens est, a Germanis autem raro usurpatum. Alio nomine & ab Alemanis imprimis vocatur Chrschak. SCHILT. de bon. laudem. §. 9. Item, releuatio & releuamentum WINGER. annot. ad exam. feud. Stryk. cap. 17. quaeſt. 26.

THES. V.

Origo praestationum laudemialium refertur in bonis emphyteuticis, & quae pari cum iis iure censentur, ad t. fin. C. de iure Emphyteut. in bonis feudalibus autem ad usum & consuetudinem vel legem specialem. Iure enim feudali communi relevium nullum deberi, sed inuestituram gratis faciendam esse, certum est. HORN. Iurispr. feud. cap. XVII. de renou. inuest. & iaud. §. 21. p. 453. HARTM. PISTOR. P. t. qu. 50. num. 61. Cum sit beneficium & detur ex benevolentia z. feud. 23. cap. 1. §. & quia vidimus. Nam vero beneficio nihil magis contrariatur, quam ut redimatur pretio; & feudum non sub praetextu pecuniae sed amore & honore Domini acquirendum. SCHNEIDEW. P. 5. feud. num. 61. ROSENTH. in Synops. cap. 6. concl. 66. n. 4. WESENB. Conf. 186. n. 48. Volum. 4. CARD. TYSCH. Vol. 5. lit. L. concl. 15. in fine. Hinc inferendum, nec Taxam regulariter deberi, nisi illa per consuetudinem recepta vel per legem aliquam specialem introducta sit, quemadmodum videmus

videmus in *Constit. Elect. Sax.* sive *peculiaris mandato Elect. Sax.* de *renouat. inuestituae anno 1691.* die 12. Octob. emiso, vbi sequentia habentur verba: Wann sie nun drittens beliehen, wollen wir auch, daß ein ieder den aufs neue gefertigten Lehn-Brief umb den gesetzten und gewöhnlichen leidlichen Tax unverlängt ablöse, und zu mehrerer Gewißheit solcher Tax einen landüblichen Anschlag seines Guths oder Lehen-Stucks zugleich mit übergebe, oder doch den wahren Werth desselben seinen Pflichten nach, anmeldē.

THES. VI.

Definiri potest Taxa feudalis, quod sit quae-dam pecuniae summa, quae mutato feudo, pro inuestitura a Vasallis praefecto aliisque ministris curiae feudalium, sive Cancellariae feudalium, vsu & consuetudine, vt honorarium, vel vt alii definient, vt sportula, exsoluitur.

THES. VII.

Conuenit Taxa feudalis cum laudemio, primo ratione causae efficientis remotae, quae est usus seu consuetudo; secundo ratione causae efficientis propinquae, quae est inuestitura: nam & laudemium & Taxa feudalium exsoluntur pro inuestitura; tertio ratione subiecti a quo, quod sunt Vasalli; quarto ratione obiecti, quod est mutatio manus feudi; quinto ratione causae finalis, quae est recognitio Domini vel contestatio obligationis erga ipsum; sexto ratione materiae ex qua, scilicet & laudemium & Taxa feudalium consistunt in pecunia & quidem parata.

THES.

THES. VIII.

Difserit vero potissimum Taxa feudalisa a laudemio ratione subiecti cui, seu in eo, quod laudemium exsoluatur Domino feudi directo, vel qui eius loco rem possidet eaque fruitur; Taxa feudalisa autem officialibus Principis seu Praefectis curiae. Hic notandum, differre quoque Taxam feudalem von denen so genannten Angefalls-Geldern, quae de feudis Principum soluuntur, quoties ad collateralem successorem veniunt, ac rationem laudemii habent, qua de re notabilia sunt, quae leguntur apud SCHILTERVM cap. LV. Iur. feud. Alem. §. 3. Conf. Dn. STRYK. Append. num. 52. pag. 387. Instr. par. Osnab. Art. 5. §. 9.

THES. IX.

Soluere tenentur taxam feudalem omnes, qui per inuestituram sunt Domini rei titulo singulari, ut sunt noui emphyteutae, Vasalli, Censuarii & omnes illi, qui non sunt in prima inuestitura comprehensi. Comprehensi autem non censemur, nisi qui sine facto hominis vi folius legis & titulo vniuersali defunctum repraesentant, inque omnia iura tam actiue quam passiue succedunt. COLE R. Decis. 33. num. 31. quales sunt liberi emphyteutae seu Vasalli in emphyteusi seu feudo parentibus succedentes, siue succedant ab intestato, siue ex testamento, quia intelliguntur esse Domini bonorum paternorum, etiam viuo adhuc parente, l. ii. ff. de liber. & postb. §. si autem Inst. de baered. qualit. & differ.

B

eiusque

10 DISSERTATIO IN AVGVRALIS

eiisque personam repraesentant *l. fin. C. de impub. & al. subſt.* Hinc etiam sub inuestitura parentum censentur comprehensi & propterea sunt immunes, **HARTM. PISTOR. lib. i. quæſt. 50. num. 59.** **AMED. DE PONTE quæſt. 10. consult. Saxon. P. 1. qu. 26. num. 10.** & *ii.* Pertinent huc etiam, quae habet **TITIVS in Teutischen Lehn-Recht Cap. 25. §. 30.**

THES. X.

Aliud vero dicendum est, vbi vel lege speciali vel statuto vel consuetudine contrarium introductum est. Nam quod in hoc casu etiam liberi Taxam feudalem exsoluere teneantur, extra dubium est, quia eiusmodi consuetudo omnino valida & per consequens attendenda est. **WESEN BEC. Conf. 16. n. 2.** **KNICH. de vest. paci. part. 2. cap. 4. n. 203.** Cum consuetudo vim legis habeat §. 9. de *J N G. & C. CARPOV.* *P. 3. Conf. 20. def. 6. num. 4. lib. 4. tu. 9.* *Resp. 65. n. 7. L. 6. tit. 10. resp. 115. n. 20.* Imo valentior sit ipsa lege. Idem *CARPZOV. in Def. Conf. hb. 1. tit. 7. Def. 114. num. 6.*

THES. XI.

Quae de liberis dicta sunt, etiam locum habent in ascendentibus & collateralibus, nempe illos omnes, nisi lex vel consuetudo obstet, ab onere Taxae feudalibus immunes esse, vbi tamen praesupponendi sunt termini habiles, quod vel in feudis, vel emphyteusi succedere possint. **FRANZK. c. 8. de laudem. n. 197. STRUV. S. J. F. cap. 10. §. 13. n. 3.** quae conclusio etiam extendenda est ad haeredes testamento

DE TAXA FEVDALI. 11

mento institutos & quidem cumprimis illos, qui
alias ab intestato successuri essent. BRVN. Conf. 44.

THES. XII.

Quaeritur hic: An simultanee inuestitus, mu-
tato feudo, renouationem inuestiturae petere &
taxam feudalem soluere teneatur? Pro resolutione
huius quaestionis distinguendum inter simultaneam
inuestituras iuris ciuilis seu communis feudalnis, &
iuris Saxonici. Iure ciuilis simultanee inuestitus,
quam diu feudum non possidet, renouationem inue-
stiturae petere non tenetur. MODEST. PIST. Conf. 38.
n. 22. & Conf. 40. n. 12. DECIAN. Conf. 184. col. penult.
ROLAND. A VALLE Conf. 18. n. 8. & 17. SCHVRFF.
Conf. 66. n. 18. & 19. cent. 1. WESENB. Conf. 15. n. 35. p. 1.
Iure vero Saxonico, quotiescumque possessio feudi
vel per mortem Domini vel Vasalli possessoris in-
terrumpitur, renouatione opus est. PRVCKM. Con-
f. 39. n. 122. Vol. 1. KOEPP. Decis. 47. n. 5. & seqq. BER-
LICH. p. 2. conclus. 43. n. 34. DOEBNER. in Dissert. de
coniunct. manu. tb. IX. & in not. ad lit. IV. Hinc etiam
taxa feudalnis praestanda, vtpote quae ad illas spor-
tulas refertur, quae semper exsoluendae & Cancel-
lariae feudali pro actu inuestiturae solui solent, item:
Der Ausfertigung des Muth-Zettels und Lehen-Briefs,
welcher umb den gesetzten und gewohnlichen leidlichen
Tax unverlangt abzulösen, vid. Mandat. Elect. Saxon.
de anno 1622. §. Nachdem wir auch zum andern re. ve-
& Mand. Elector. Saxon. anno 1691. emissum §. Wenn sie
nun drittens beliehen.

B 2

THES.

12 DISSERTATIO IN AVGVRALIS

THES. XIII.

Quod si vero duo filii post mortem patris simultanea a Domino inuestiti & simul in possessione feudi maneant, welche samtlich belehnet seyn und das Guth in gleicher Gewehr haben, si postea vnas ex illis sine liberis masculis decebat, superstes ad renovationem inuestiturae non tenetur, darff anderweit die Guther nicht empsangen, sondern behalt sie ganz allein, und das ist die Natur und Eigenschaft der samtlichen Belehnung. Illust. LYNCK. Tract. method. de individualitate sive de iure rerum individualium, Von untheilbaren Dingen, Cap. 2. Sect. 1. apor. 3. n. 22. pag. 32. Atque sic superstes taxam feudalem exsoluere haud tenetur.

THES. XIV.

In feudis Imperii omnes Vasalli cuiuscunque, sunt dignationis, vi consuetudinis pendere tenentur honorarium in inuestitura feudorum suorum, nisi lege aut alia ratione exemptos se docere queant, vti sunt Electores, quippe qui per expressam Aureae Bulle Sanctionem in cap. 29. §. 1. ab onere illo liberati sunt. GOLDAST. in Politischen Reichs-Händeln, P. 8. cap. 3. pag. 217. Et quidem ob eam potissimum rationem, quod ipsi cunctis Imperialis Curiae officiis praesint, suosque habeant officiales, quibus alias haec pecunia soluitur; sed cum operam istam ab inferioris conditionis hominibus gratis sibi praestari dedignantur, ex mera liberalitate praemio aliquo eosdem afficere solent. Sicut nominatim quantum quisque sive secularium sive Ecclesiasticonrum

corum Electorum officialibus Imper. haereditariis
pendere soleat, annotatum est in designatione illa,
quae inserta legitur BESOLD. *Thes. pract. tit. 5. n. 38.*
voc. Erb-Verleihter. pag. 230. 232. Add. superioribus
von der Reichs-Lehen Tax FABRI Staats-Cantzley.
Tom. 2. pag. 243. seqq. LUNIGS R. A. part. gen. pag. 333.
IE C. E. BILDERBECK in seinem Teutschen Reichs-
Staat P. 3. §. 2. cap. 1. pag. 341. in fin. Quin & mini-
stris aulicis pro praestita opera aliquid largiri solent.
Id. BILDERB. cit. loc. & CASSAND. THVCELVIS
in Electis Iur. publ. curiosis cap. 5. n. 4. not. 2. & 3. quarum
impensarum calculum init, & quantum quisqueret
cipiat, speciatim annotauit VFFENBACH de Indiciis
Imper. Aul. cap. XI. pag. 124. & ex eo retulit STRYK.
in Append. Iur. Fend. pag. 482.

THESS. XV. I. cito resum obiect
Praeter Electores dantur adhuc alii, qui a prae-
statione Taxae feudalibus liberi habentur, v.g. Archi-
Duces Austriae ex Friderici Imperatoris priuilegio,
quod extat apud LIMNAEVM lib. V. iur. publ. cap. 2. n. 30.
ibi: Volumus etiam, ut dictus Austriae Dux omnia
sua feudalia siue iura liberaliter suscipiat datione
sine omni; quod explicatius effert Carolus V.
in confirmatione priuilegiorum domus Austriae.
Er (de Archiduce loquitur) empfahet auch sein Lehren
frey ohne einige Gabe. Idem refert de Principibus
Imperi cit. BILDERB. loc. supra alleg. in verb. Die
Reichs-Fürsten sind des Taxes gleichfalls befreyet ic. Et
Fuldenium quoque Abbatem eodem iure donatum
esse, ab aliis sibi relatum fuisse memorat LIMNAEV

14 DISSERTATIO IN AVGVRALIS

T. 2. Add. ad lib. VI. quamuis in designatione, quam BE SOLD VS exhibet, inter Abbates, die den Erb-Aembtern Geld zu geben schuldig, wann Sie die Lehen empfangen, Fuldensis primo loco referatur.

THES. XVI.

Quaeritur vero: An Successor feudalis ad ex-solutionem Taxae, quam antecessor praestare distulit, adstringi possit? Decisio huius quaestionis dependet ab illa: An Taxa feudalis pro onere personali vel reali & feudo inhaerente sit habenda? Hic vero Doctores in diuersas abeunt sententias; Alii enim istam praestationem pro personali venditant & quidem ex ea ratione, quod hic nulla expresa lex adsit, quae tacitam hypothecam inducat; Alii vero in contrarium versi onus taxae feudalis pro reali & feudo inhaerente habendum contendunt, pro qua ultima sententia haud dubie multa satis speciose dis fertari possent, sicut & STRUCKIUS dum in eruenda facti specie, quae huic non multum absimilis est, versatur, non modo ipsas principialium inuestiturarum renouationes onus feudi reale esse; sed & sumitus eo nomine erogatos ab omnibus familiae Principibus pro ratione des Römer-Bugs conferendos esse pronunciat Conf. XXV. num. 19. & n. 17. Et sane quod laudemii praestatio ipsi feudo caeterisque bonis laudemialibus tanquam onus reale inhaereat, adeoque ad quemcunque possessorem transeat, inter Doctores cum primis practicos dubio plane caret ANTON. FABER in C. lib. 4. tit. 42. Def. 1. n. 24. & 25. MENOCH. Conf. 44. n. 18. ISTRU V. in S. J. F. SVEND.

in



in Tract. de Actionis success. feudal. Art. 8. §. 5. & hinc apparet, quod possessor nouus etiam laudemium ab antecessore adhuc debitum exsoluere teneatur vid. l. 25. in pr. ff. de O. & A. l. 12. C. de distr. pign. Cum res transeat cum onere, & tributa, census, collectae aliaque onera realia necessario sequantur praedium, ut hoc sine illis nec vendi nec comparari possit. l. 2. in fin. C. sine cens. & reliqua fund. comp. non poss. Id quod etiam comprobatur Decis. Edict. 65. Adeo ut secundum communem Dd. opinionem Domino directo in fundo emphyteutico ratione laudemii tacita competitat hypotheca, ita, ut nouus possessor etiam ad laudemia ab antecessoribus debita exsoluenda actione hypothecaria compelli possit. AMED. A PONTE qu. 45. n. 5. MENOCH. Consil. 44. n. 15. l. 5. de qua consuetudine fere vniuersali testatur STRUV. in S. J. F. cap. 10. §. 17. num. 13. CARPZ. part. 1. C. 28. def. 53. quae tamen ita intelligenda sunt, modo apud priorem debitorem Magistratus in exigendo non fuerit negligens. BERLICH. concil. 64. num. 112.

Ex dictis porro notandum, quod Taxa feudal is praestanda sit non a venditore, sed ab emtore seu nouo possessore, qui noua opus habet inuestitura & recognitione. argum. l. 27. in fin. ff. de Aedilit. Edict. Sed quid si venditor per pactum isthac onus in se suscepit? Tunc nihilominus Taxa feudal ab emtore erit exsoluenda, quia pactum saltem inter pacientes valet, ad tertium vero non consentientem se non extendit. l. 24. de pact. Emotor tamen in

16 DISSERTATIO IN AVGVRALIS

in hoc casu aduersus venditorem omnino datur regressus.

THES. XVIII.

Progedior nunc ad personas, quibus exsoluitur seu debetur Taxa feudalis. Exsoluitur ergo Taxa feudalis regulariter praefectis curiae feudalis seu ministris, qui actum inuestiturae expedient. SCHILT. in Inst. iur. publ. Romano-Germ. tom. 1. lib. 2. tit. 1. §. 13. In nonnullis locis Cancellarius vel alias certus Consiliarius constituitur, qui rerum feudalium curam habet, & dicitur eius Lehens-Probst. vid. SECKEN-DORFF. Teut. Fürsten-Staat. part. 3. Reg. 3. §. 2. von der Bestellung eines Lehens-Hoffs. In patria mea cura ista competit Cancellario & Consiliariis coniunctim.

THES. XIX.

In feudis Imperii quibus haec pensio solui debat, illud cognoscere licet ex sanctione Carolina in A. B. cap. 29. §. 2. & 3. vbi constituitur, quod pecunia illa iuxta modum ibidem prae scriptum magistro curiae exsoluenda sit, qui postmodum inter caeteros officiales eam dispertiri debeat, quod tamen non ita stricte hodie obseruant, sed potius Cancellariae nec non inferioribus aulae ministeriis suam portionem immediate solui tradidit LIMNAEVVS ad Tit. 2. Addit. lib. 4. p. 434. seq. vbi & alia, quae huc spectant, diligenter explicauit, iunge eiusdem obsernat. ad A. B. cap. 29. §. 2. & 3.

Si forsan plures sint domini, qui feudum dominans seu directum in commune possident, & unus ex

ex illis moriatur, Taxa feudal is non integra seu in totum, sed saltem pro parte vel rata est praestanda: Idque ob sequentes potissimum rationes, quia (1. feudum seu dominium eius dominans, quod a pluribus pro indiuiso possidetur, decedente vno, saltem quoad partem mutatur, & sic renouatio feudi seu petitio inuestiturae, mortuo vno Condominorum, nequam in totum, sed saltem pro ea rata seu parte condominii directi, quod defunctus in feudo pro indiuiso habuit, intelligenda. Nam ultra istam ratam partem ratione reliquorum Condominorum, & partium, quae ad vnumquemque illorum pertinent, nulla mutatio contingit, ideoque nec renouatione opus est, nec per consequens Taxa feudal is, praeterquam pro ea parte condominii, quod mutatum est, debetur. Siquidem in casu plurium Condominorum Vasalli vnicuique saltem pro rata condominii in rebus diuiduis obligati sunt, ad quas res diuiduas sine dubio spectant laudemiales huiusmodi praestationes siue Taxae feudales in pecunia eiusque praestatione consistentes. FRANZK. lib. 1. resolut. 19. n. 38. & 39. Vnde (2. adeo operas & seruitia praeterita quoad aestimationem praestanda, non nisi pro rata parte deberi, scribit SPECVLATOR de feud. vers. 9. n. 21. LYNCK. de indiuid. siue de iure rerum indiuiduarum cap. 2. sect. 1. aphor. 5. n. 35. Proinde etiam (3. eiusmodi praestationes laudemiales pluribus Condominis feudilibus exsoluendae, mutatione solummodo in vnius Condomini persona contingentе, non in totum, sed in tantum, siue pro illa rata, quam mortuus Condominus directus in feudo habuit, suis successoribus

C

prae-

18 DISSERTATIO IN AVGVRALIS

praestandae. *Enim vero pluribus Condominis dominium directum in commune possidentibus, vnum tantum laudemium debetur, quia instar vnius Domini habentur arg. l. cui fundus s. ff. de condit. & demonstr.* Et licet ab omnibus inuestitura peti debeat, vnam tam en omnes inuestitaram expedire possunt. 2. feud. 77. FRANZK. *de laudem. cap. 7. n. 13.* Hinc vnius Condomini ex pluribus Condominis mortui liberis relictis, in renouatione inuestiturae domini directi petendae, plus non, quam vna tantummodo rata vnius Taxae feudalis seu debiti laudemii, respectu totius feudi debetur; potissimum, cum in pecunia constet, ac vnicuique pro parte vel portione sua debita praestari commode possit. AMED. A PONTE qu. 23. AVG. HOFFMANN. *de iur. rer. divid. ac divid. cap. 2. Sect. 1. apor. 5.*

THES. XXI.

Quae in praecedenti thesi prolata, omnino etiam locum inueniunt circa Taxam feudalem, quia haec nihil aliud est atque dicitur, quam species laudemii. LIMNAEVS ad A. B. cap. 29. §. 1. obsernat. ill. RVMELIN. P. 3. discurs. ad A. B. tb. 2. ITTER. *de feud. Imp. cap. 2. §. 10.* Nam quamvis RHET. ad l. feud. 22. pag. 456. neget, eiusmodi Taxam feudalem proprio in sensu laudemium esse; attamen nec ipse nec ali asserere possunt, quod illa Taxa non sit species quaedam laudemii saltē eius, quod minus vocari solet, eodemque vel simili cum laudemio iure censatur, de quo vid. FRANZK. *de laudem. cap. 3. n. 12.* & cap. 4. n. 43. conf. ITTER. *de feud. Imp. cap. 2. & 10.* qualis

qualis praestatio quemadmodum sine dubio pro
onere feudi reputatda; ita neutiquam ultra portio-
nem vni Condominorum debitam ab eius succes-
toribus extendenda est, ceu notat post MYLER.
ad RUMEL. ad Auri. Bull. part. 3. d. V. ibes. 15. pag. 811.
&c FRANZK. de laudem. cap. 4. n. 35. & segg. ITTER.
de feudis Imper. cap. II. §. 14. in med. Quibus accedit
(4 dogma illud iuris, quod ex personis haeredum
vel successorum conditio debitorum & sic etiam
pro rata duntaxat condominii directi haereditario
acceptorum Vasallorum ratione Taxae feudalis ne-
quaquam in deterius mutari possit nec debeat.
l. 2. §. ex his 2. ff. de V. O. l. 2. §. 2. vers. at in contrarium
ff. de praet. sfp. HARTM. PIST. lib. I. quaeß. 47. n. 20.
Hoc sane fieret, si pro ista inuestitura ratione vnius
partis condominii directi petenda, integra exsol-
uenda esset Taxa. FRANZK. lib. I. Resolut. 19. num. 3.
MOLINAEVS ad consuet. Paris. Tit. I. de Fieffe gloss. I.
§. 1. num. 71. Praeterea (5) Vasalli contra dispositio-
nem iuris feudalis adstringerentur plures in sui praec-
iudicium & cum susceptione onerum feudi haud
consuetorum habere dominos contra Text. 2. feud. 55.
§. 1. vers. praeterea. Confer. CLARVS in §. feudum
quaeß. 47. num. II. vbi dicit, si contingat possidere
ius superioritatis plures pro indiuiso, quod Vasallus
petere possit ab illis, vt unus saltē in Dominum
affignetur. CVIACIVS ad lib. 3. feud. cap. 9. & L. 4.
cap. 77. cumprimis quando singulus plurium Con-
dominorum, & qui pro rata tantum est Con-
dominus, onera feudalia in solidum vel in totum
a Vasallis praetenderet, cum tamen illa non nisi

C 2

pro

20 DISSERTATIO IN AVGVRALIS

pro rata condominii directi debeantur. MOLIN.
ad consuet. Paris. tit. 1. Gloss. I. §. 1. num. 71. FRANZK.
de laudem. cap. 7. num. 135.

THES. XXII.

Equidem non desunt, qui contrariam tuentur sententiam, scilicet quod in casu proposito, quo vñus ex pluribus Dominis directum dominium commune possidentibus decedit, integra exsoluenda sit taxa, moti exinde, quod hic Vasallus ab omnibus Dominis renouationem feudi seu inuestituram petere & debitam suam reuerentiam illis contestari necesse habeat, cum singulis Condominis ius in feudo competit, & hi Vasallorum Domini sint, ac consequenter illi his fideles esse, & hinc etiam pro parte licet vacante feudum recognoscere & fidelitatem jurare debeant. arg. l. 1. C. si vñus ex pluribus haered. Credit. l. ea quae 6. C. famili. bercisc. l. 1. C. de except. vbi dicitur, quod debitor haereditatis vnicuique haereditum creditoris pro portione haereditaria & quidem in causa pignoris etiam in solidum obligatus sit. Hinc & Domino feudi mortuo, pluribus haeredibus relictis, omnibus iuramentum fidelitatis praestandum per Text. 2. Feud. 55. §. praeterea Ducatus & 2. Feud. 26. §. omnes filii. 2 AS. p. 7. Feud. n. 12. FACH. 7. Conr 5. sane id ipsum multo verius videtur, si vñus Condominus mortuus sit, liberis relictis, quia Vasalli his ipsis iuramento obstricti non videntur, vt pote quod suam virtutem & efficaciam ultra personas, inter quas interpositum, non extendit, per cap. veniens X. de

de iure iur. ROSENTH. de feud. cap. 6. concl. 35. num. 1.
 lit. A. FRANZK. L. 1. Resol. 19. n. 23. AVG. HOFFMANN.
 de iure rerum indiuid. cap. 1. Sect. 1. apb. 4. num. 31. Et
 per consequens asserunt, etiam deberi sportulas
 consuetas seu Taxam feudalem & quidem inte-
 gram, quia istius renouationis inuestiturae actus sit
 indiuiduus, & hinc etiam Taxam indiuiduam &
 integrum praestari debere, ad exemplum eorum,
 quae aliquoquin ut indiuidua praestanda. argum. leg. 22.
 ff. de V. O. l. 85. §. 2. ff. eod. tit. MOLIN. ad conuent.
 Paris. §. 3. Gloss. 4. num. 40. HARTMAN. PIST. lib. 2.
 quæst. 7. num. 16. ROSENTH. de Feud. cap. 5. conclus. 12.
 n. 2. lit. d. & num. 6. IACOB. DE S. GEORG. in Tract.
 de Feud. num. 22. & 28. vbi a iuramento ad inuestitu-
 ram infert, quae non minus, ut illud, videatur
 res indiuidua.

THES. XXIII.

Sed haec omnia neutiquam firmant adductam
 sententiam contrariam; Nam nihil ad rem facit,
 quod Vasalli, uno ex pluribus Dominis defuncto,
 a successoribus eius renouationem inuestiturae
 petere necesse habeant, & haec petitio reno-
 uationis quoad ipsum actum indiuisibilis videa-
 tur; siquidem & hic actus Vasallos amplius gra-
 uare non potest, quam in quantum reuera facta
 est recognitio. MOLIN. ad conuent. Paris. tit. 1. Gloss. 1.
 §. 1. num. 71. FRANZK. lib. 1. Resolut. 19. num. 9. AVG.
 HOFFMANN. de rer. diuid. & indiuid. cap. 2. Sect. 1. apb.
 resm. 5. HARTMAN. PIST. lib. 1. quæst. 47. num. 20.
 Quemadmodum vero haec vnicæ ac solum pro
 rata

22 DISSERTATIO IN AVGVRALIS

rata condominii directi fit, & morte vnius Condomini reliquorum Condominorum directorum ratae neutquam mutantur; ita harum ratione nulla opus est renouatione & inuestitura, ac per consequens nec Taxa feudalis praestanda est. RICHTER. part. 2. Decif. 83. num. 21. FRANZK. de laudem. cap. 7. num. 135. Porro ab indiuiduitate ipsius iuramenti fidelitatis & actus inuestiturae in facto consistentis non statim inferendum ad Taxam feudalem, tum quod illi actus non siant ratione totius condominii directi, sed respiciant ad illam ratam, intuitu cuius inuestitura opus est, tum quod nec illi Taxam feudalem, quae in exsolutione pecuniae consistit, indiuiduam facere possint, cum ea, quae in dando consistunt, sint vel maneant diuidua pro parte cuiusque haereditaria, quam in feudo quis habet, exsoluenda. FRANZK. lib. 1. Resol. 19. n. 38. AVGUST. HOFFMANN. de iure rerum diuid. & indiuid. cap. 2. Sect. 1. aphor. 5. ibique alleg. SPECVLATOR de feud. vers. 9. num. 91. cum diuidua a Vasallis Condominis directis pluribus duntaxat pro rata sint exsoluenda, ceu habent SCHNEIDEWIN. ad Feud. part. 5. num. 17. SCHRADER. part. 6. cap. 6. n. 20. OBRRECHT. de Feud. lib. 3. cap. 3. n. 11.

THESES. XXIV.

Quae hactenus dicta & asserta sunt, exceptionem patiuntur, quando per consuetudinem seu obseruantiam aliud introductum est, quam obseruantiam, quod scilicet uno ex pluribus Dominis domi-

dominium directum in commune possidentibus defuncto, integra Taxa praestanda sit, in dubio Curia feudalis probare necesse habet, quia petitio integræ Taxæ in casu renovationis, quae fit intuitu ratae partis vnius condominii directi, iuri communii supra allegato eiusque analogiae contrariatur, ac praeterea noto notius est, quod ei, qui exactionis suae intentionem in obseruantia fundat, illam probare incumbat, & quidem plene ac cum omnibus suis requisitis l. 2. ff. de probat. cap. 1. de litis contest. in 6to. HARPRECHT. Confil. 18. num. 339. Vol. I. CARPZOY. part. I. Decis. 3. num. 25. MASCARD. de Conclus. 123. num. 20. quae probatio curiae exigenti integrum Taxam in casu proposito tanto magis incumbit, quia praefatio Taxæ alicuius, qualis qualis illa sit, ignota plane est in Iure feudali. KLOCKIVS de Aerario lib. 2. cap. 42. num. 22. & seqq. ac consequenter ad alios casus, quam in quibus recepta, extendi non potest. OLRAD. Conf. 237. n. 3. ANTON. FABER in Cod. Sab. lib. I. Tit. 2. defin. 45. num. 19. in not. MEV. P. I. Decis. 45. cap. 2. Decis. 377. num. 1.

Quaeritur vero, an Curiam feudalem ab onere probandi releuet, si demonstrat, in aliis Curiis integrum Taxam exsolui solere, quando unus ex pluribus Dominis feudum in commune possidentibus decedit? Negatiuam ideo amplector sententiam; quia ab vna Curia feudali ad aliam vel ab uno feudo ad aliud in eiusmodi consuetudinibus, quae iuri communi refragantur, argumentari

24 DISSERTATIO IN AVGVRALIS.

mentari non licet, & hinc praetensa obseruantia
specialis specificē seu in indiuiduo probanda est.

THES. XXVI.

Si plures Principes Ducatum aliquem seu
Principatum in commune possideant, & vnum ex
illis, qui praeter ratam suam Ducatus vel Princi-
patus illius communis, adhuc peculiarem Duca-
tum seu Principatum possidet, relicto haerede
legitimo, decebat, quaeritur: An Vasalli Duca-
tus seu Principatus communis, pro rata mutati
condominii directi, Taxam seu sportulas laude-
miales consuetas Curiae feudalī communi, an vero
successoris Principalis propriae exsoluere tenean-
tur E. g. E. iure haereditario solus possidet Princi-
patum H. in commune vero Ducatum C. E. mor-
ritur, relicto Principe successore W. fragt sichs, ob
die gemeinschaftliche Vasalli Ducatus C. den Lehen-
Tax pro rata mutati dominii directi per mortem E.
der Curiae feudalē erwähnten Herzogthums C. oder
der Curiae H. zu bezahlen schuldig? Pro posteriori
sententia omnino militare videtur dispositio iuris
communis feudalī, vi cuius in casu plurium Con-
dominorum, ex quibus vnum relinquit liberos,
Vasalli communes obligati sunt, renouationem in-
uestiturae pro rata & quidem singulus a Domino
succedente petere & per consequens etiam Taxam
eius curiae praestare. Alii vero non sine funda-
mento huic sententiae opponunt, quod citra vo-
luntatem Vasallorum Curia feudalī quoad ratas
non

non diuidi, & extra prouinciam transferri possit,
quia Vasallus pro yno feudo plures Dominos vel
Curias habere cogi nequit, cum ex personis hae-
redum conditionem obligationis in deterius mu-
tare haud liceat. Ego tutissimam rationem esse
puto, quae cuiusque loci obseruantiam seu con-
fuetudinem sequitur.

THESES. XXVII.

Non ineleganter hic etiam quaeritur. Ob-
wann ein Vormund bey Empfangnis seiner Pupillen
Lehen-Güter den Lehen-Tax albereit bezahlt, und
einen auf die Pupillen selbst eingerichteten Lehen-Brief
erhalten, und nach erlangter Mündigkeit Sie die Le-
hens-Pflicht ablegen, alsdann den Lehen-Tax auf
neu zu errichten schuldig? Hac de quaestione vi-
deatur FABRI Staats-Cantzley P. 2. fol. 239. seqq.
vbi ista negatiue deciditur sub allegatione variarum
rationum, quae ibidem legi possunt.

THESES. XXVIII.

Debetur Taxa feudalis toties, quoties manus
feudi mutatur & renouatio investitura facta est.
Fit autem ista mutatio vel a parte Domini, vel
a parte Vasalli.

THESES. XXIX.

A parte Domini contingit mutatio vel morte
Domini, vel alio modo, quo dominium directum
in alium transfertur. Circa dictam mutationem
D commu-

26 DISSERTATIO IN AVGVRALIS.

communiter Doctores statuunt, quod Domino eiusue haeredibus nullum solui debeat laudemium, si respectu eorum mutatio vel per successionem, vel per contractum, vel alio modo contingit.
HARTMAN PISTOR. part. 1. quæst. 50. num. 6. Et hinc infero, etiam nullam deberi Taxam feudalem, quia haec pari iure cum laudemio censetur. Ratio vero, cur in dicta mutatione nullum debeatur laudemium, potior haec est, quod laudemium ob noui Vasalli inuestituram & receptionem solutum. **JASON.** in l. fin. C. de iure empbyt. Domino autem mutato non recipitur nouis Vasallus, nec per hanc mutationem possessio Vasallus inuertitur, merito itaque solutio laudemii & sic etiam Taxa feudalis cessabit. Huic rationi accedit, quod mutatione, quae fit a parte Domini, sine facto possessoris contingat, si enim possessor grauaretur laudemio, tunc alter alterius conditionem praeter ipsius voluntatem faceret deteriorem, suam vero meliorem, quod principiis iuris aduersatur. l. 39. ff. de negot. gest. quod in tantum procedit, ut licet in literis inuestiturae, consuetudine & statuto cautum sit, laudemium esse soluendum, quotiescunque manus feudi sit mutata, hoc tamen in dubio taltem intelligendum de manu mutata seruiente non vero dominante. **STRUV.** in Synt. Iur. F. cap. 10. §. 13. num. 2. **XIX.**

THES. XXX.

Fallunt haec, si per legitimam præscriptionem & specialiori consuetudine aliud sit introductum, vi cu-

vii ciuius fere quotidie videamus, incertum quid locodaudemii vel Taxae feudal is in casu, quo Dominus mutatur & iuuenitura renouanda est, ex solui solere.

THES. XXXI.

A parte Vasalli mutatio fit itidem vel morte vel feudi alienatione.

THES. XXXII.

Quod liberi vel alii haeredes ab intestato succedentes a praestatione laudemii & sic etiam Taxae feudalis immunes sint, nisi pactum vel consuetudo in contrarium obstat, iam supra Thes. IX. indigtaui; quoad successionem testamentariam distinguendum est, aut succedit in feudo, qui alias ab intestato esset successurus, aut qui non erat successurus. In illo casu nullum laudemium vel Taxam feudalem, in hoc vero deberi Doctores volunt.

FRANZ K. de laudem. cap. 21. num. 2.

THES. XXXIII.

Praesupposita consuetudine praestationum laudemialium quaeritur, si liberi coniunctim Taxam feudalem soluerint, & postea diuiserint feendum, an obstricti sint, vt denuo pro singulis partibus illam soluant? Quod in proposito casu nullum debeatur laudemium, communiter asseritur. HORN in Iurispr. feud. cap. XVII. de renouat. iuuenit. & laud. §. 22. CARPZO V. part. 2. cap. 29. Dec. 23. FRANZ K. de laudem. cap. 8. num. 40. & seqq. quia per diuisionem non ac-

28 DISSERTATIO IN AVGVRALIS

quiritur nouum dominium diuidentibus, sed id,
quod ante cohaeredum pro indiuiso erat, pro vi-
rilibus portionibus inter eos distribuitur. A MED.
A PONTE quaeſt. 25. quae rationes ad Taxam feu-
dalem omnino etiam applicanda sunt.

330m Iov. mobit THES. XXXIV.

Si vero unus liberorum partem reliquorum
emat & ita totum retineat, aestimatione condigna
reliquis praefita, laudemium & sic etiam Taxam
feudalem deberi tradunt. HARTM. PIST. quaeſt. 50.
num. 56. RICHT. Vol. 5. cap. 273. num. 3. quod multo
magis obtinet, si post factam diuisionem aliorum
cohaeredum portiones emerit, cum facta diui-
sione cohaeres habeatur pro extraneo. FRANZK.
cap. 8. num. 56.

330m Iov. mobit THES. XXXV.

Inter species alienationum palmaria est emtio
venditio, qua interueniente deberi Taxam feuda-
lem nemo est, qui negat; Et hanc conclusionem
quoad laudemiales praestations ampliant Docto-
res, et si venditio fiat non simpliciter, sed cum
pacto scilicet de retrouendendo, quia venditio haec
reuera pura est, & sine conditione, adeoque do-
minium & possessionem rei in emtorem transfert,
& fructus medio tempore perceptos ipsius facit.
Textus est expressus in l. 2. C. de pac. inter emtorem
& vendit. TIRAQVELL. de retr. conuent. §. 1. gloss. 1.
num. 73. & seqq. adeoque si postea pretium con-
uentum offeratur, non tam prior venditio rescin-
ditur,

ditur, quam alia de nouo contrahi dicitur. FRANCKVS cap. 16. n. 28. & 29. Non defunt quidem, qui contrarium statuunt ac putant, quod ista venditio non plane pura & irreuocabilis sit, sed sub conditione reuenditionis, quae reuenditio sit restitutio ex priori oria, ita ut fundus priori venditori magis reddatur, quam ut ei de nouo acquiratur, quare tradunt regulam, quod laudemium tunc non debeatur, quando resolutio contractus fit ex causa prioris contractus ad restitutionem obligantis. arg. 1. 33. C. de Transact. Attamen supra laudata opinio sicut magis communis, ita veritati iuris magis consentanea esse videtur, idque minus dubii habet in territoriis Elect. Saxon. propter Constit. tit. von Lehewahr in verb. Wo ein Guth auf ein Erb der Wiederkauß verkauft wird, so ist der Käuffer wegen der Recognition und daß er vom Herrn in den Schutz genommen, die Lehewahr zu entrichten schuldig.

CARPZ. part. 2. Const. 1. Def. 23.

THES. XXXVI.

Quaeritur circa hanc materiam: An redimens obligatus sit primo emtori refundere Taxam feudalem? Ita forte videri posset propter textum in l. 23. §. 1. de Aedit. Edit. vbi Vlpianus inquit, dissoluto contractu, vtrumque nihil amplius consequi debere, quam haberet, si venditio facta non fuisset, & l. debet. 27. in fin. eiusd. tit. vbi cum res redhibetur, vestigalia, vel si quid accessionis nomine dederit, & quicquid denique rei emtae nomine erogauerit emtor, dum sponte non dedit,

D 3 disso-

30 DISSERTATIO IN AVGVRALIS

dissoluta venditione restitui ipsi debent. Contraria tamen sententia verior est ac habetur. NEVIZAN. *Conf. 88. num. 18.* quia venditio prima non retro ut ex tunc resoluitur, sed potius vis illius ut nunc extinguitur, & reuera noua venditio celebratur. Cui accedit, quod praefationes eiusmodi laudemiales sint onus inuestiturae annexum & emtoris proprium. PANORM. *Conf. 76. col. 2.* RICHT. *Dccis. 83. num. 76. & seqq.*

THES. XXXVII.

Porro dehetur Taxa feudal is in permutatione, tum quia permutatio maxime vicina est emtione venditioni, per l. 1. & 2. ff. de rer. permuat. & vicem emtione obtinet l. 2. C. evd. quin & qui rem permuat, emtori similis est. l. vlt. quibus ex caus. in possess. eat. tum quia persona possessoris fundi feudal is immutatur, quae sola ratio sufficit ad oneris illius praefationem. COLER. part. 1. Dec. 33. n. 8. & 16.

THES. XXXVIII.

Idem dicendum est de donatione, scilicet & donatarium teneri ad praefationem Taxae feudal is, quia eadem hic subest ratio, quae est in emtione, cum & hic dominus nouum accipiat possessorem, quorsum referri possunt, quae habet A MAD. A PONTE qu. 30. n. 2. COLER. Dec. 33. n. 16. HARTM. PISTOR. part. 1. qu. 50.

THES. XXXIX.

Ratione quanti Taxae feudal is nihil certi definiri potest. Nam sicut tota praefationum laudemialis

demialium ratio a consuetudine dependet; ita quoque earum quantitas, quae ab afferente certam quantitatem probanda, STRUV. in *Syntagma Iur. Feud.* pag. 393. FRANZK. cap. 4. n. 20. RICHTER. *Dec. 38.* n. 8. HORN. cap. XVII. de renou. inuest. & laud. §. 22. Hinc nouimus, Taxam feudalem non esse vnius generis, sed variare pro locorum consuetudinibus.

THES. XL.

Quantum iloco Taxae feudalies olim ab Imperii Vasallis praestari debuerit, liquet ex sanctione Aureae Bullae cap. 29. §. 1. seqq. Hodie autem quid co nomine persoluant Imperii Vasalli, de eo Limnaeus designationes, quas ipse viderit, variare meminit, quod & intelligi potest ex duabus illis designationibus de anno 1613. & 1639. quas ipse subiicit, a quibus rursum differt aliquo modo praefertim quoad aulicos Imp. officiales taxa de anno 1621. quam exhibet SPRENG. pag. 160. & seqq. Ut eadem exacte respondere afferat illi taxae, quae ex Cancellaria Imper. Aulica nouissime communicata est, saltem quod thesaurarii haereditarii pensio ibidem adiecta sit. Alia etiam designatio eiusmodi sumtuum feudalium (quantum nempe haereditariis Imperii officialibus a singulis Imperii Vasallis exsoluatur) repeatitur apud BESOLD. in *thes. pract. tit. E. num. 38.* p. 232. Quantum vero hodie haereditariis atque Aulicis Imperii officialibus ut & ministris Cancellariae exsoluatur, illorum impendiorum indicem ex officio Taxae (aus dem Tax-Amt) sibi communicatum exhibet VFFENBACH. cap. II. pag. 124.

THES.

32 DISSERTATIO IN AVGVRALIS

THES. XLI.

Vbi nondum certa quaedam Taxa feudalis apparet, ibi determinatio istius facienda secundum aestimationem rei feudalis. SCHILT. de Bon. laudem. §. 8. in fin. Conf. Elect. Saxon. supra tbes. V. alleg. Et hinc nouimus, Imperialium feudorum taxam, si ab iisdem notabiles quaedam portiones auilae fuerint, etiam minui. SCHOP. in tbes. feud. cap. 1. Sect. 9. pag. 171. & inde quoque rationem repetit, quod in Iudicii aulici ordinat. tit. 3. §. Dieveil auch x. Procuratores, qui alieno nomine de feudis Imperii uestiuntur, decrementa feudorum Imperii indicare iubentur, vbi & in subsequenti §. Wie denn auch x. Registratoribus iniungitur, ut ad certiorem rei fidem indicem feudorum Imper. Germanicorum & Italicorum ordine alphabeticō confiant, & quo quaeque tempore renouata fuerint, & si quae alia huc spectent, eidem inscrivant. Caeterum taxatio quomodo sit formanda & de eius requisitis ac formalī ratione videri potest TORNOV. in Tract. de Feud. Meclenb. Sect. V. tbes. 18.

THES. XLII.

Dominus certam summam a Vasallis laudemii vel taxae titulo hactenus exsolui solitam iisdem iniuitis augere non potest. SCHVRFF. Cent. 3. Conf. 21. num. 10. Eiusmodi enim pensio tanquam a juris communis decretis exorbitans consuetudo non ampliari, sed potius, qua licet, restringi, & quod passim Doctores monent, intra terminos eidem positos coer-

coerceri debet, quam in rem vid. *Responsum I^{CT}orum Lenenium apud STRUV. Syntagma. I. feud. cap. 10. aphor. 14.* Ex qua ratione contigit, quod, cum Sanctione pacis Westphalicae Comes Palatinus Rheni in numerum Electorum cooptatus Archithesaurarii munere potiretur, & eius subofficialis tantudem, quantum & caeteri huius ordinis in feudorum Imperialium inuestitura praetendere cooperit, nonnulli ex Imp. Statibus aegre admodum id tulerint, & officium quidem nouum ab Imperatore tribui, sed taxam praeter solitum augeri non posse causati sint, vti refert Sprengerus.

THES. XLIII.

Super quantitate Taxae feudalnis si quaestio occurrat, ab initio quidem secundum hodiernum stylum Curiarum feudalium summaria causae cognitione definit Dominus feudi per suos Con-siliarios; euentualiter vero & vt Vasallus nullam querulandi causam habeat, ipsi liberum relinquitur, aduersus fiscalem vel procuratorem feudi constituendum iura sua alternis positionibus proponendi, & ordinariae causae cognitione facta, sententiam parium, vel qui eorum loco habentur, expectandi. vid. FABRI *Staats-Cantzley part. 2. fol. 236.* Quod si in feudis Imperii agentes aliqui solicitantes de expeditionibus Cancellariae officiis que taxae iustum conquerendi causam se habere existiment, anno 1672. d. 19. Febr. constitutum fuit, quod grauamina sua coram Vice-Cancellario Imp. explicare debeant, quod decretum multaque alia ad

E

illu-

34 DISSERTATIO IN AVGVRALIS

illustrationem huius argumenti eximie spectantia
exhibit VFFENBACH. in fin. Tract. de Iud. Aut. post
Taxam Cancell. pag. 46.

THES. XLIV.

Si duplex casus petendi inuestituram concur-
rat, mors scilicet Domini atque Vasalli; quaeritur,
an duplum Taxae praestandum? Duplum Taxae
aliquando exactum fuisse, notat SPRENGERVS, ne-
scius an illud praestitum ita fuerit, nec ne, *in Luc.*
p. 162. & in Ep. prae curs. ad Elychn. Et sane pro sin-
gulis his casibus laudemium praestandum esse di-
ferte negavit MYLER. ad RVMEL. ad Aur. B. P. 3. D. 5.
thes. 15. pag. 811. in quam sententiam etiam differit
GEORG. FRANZK. de laudem. cap. 4. num. 35. seqq. Et
sic pronunciarunt Lipsienses anno 1545. M. Maio, conci-
piente sententiam MOD. PIST. cuius tenorem refert
BEAT. de Contr. P. 1. sub tit. von Lehenwahr *cap. 24.*
SCHRAD. in Tract. Feud. P. 6. cap. 3. num. 26. ad huius
quaestitionis decisionem diligenter attendendum
putat tenorem pacti vel statuti. Et si quidem
pacto vel statuto cautum sit, vt Vasallus pro omni-
bus casibus euidentibus, propter quos inuestitura
petenda est, laudemium soluat, de omnibus ca-
sibus petendae inuestiturae ipsum laudemium sol-
uere cogi posse existimo. Sin autem pacto vel
statuto cautum sit, vt pro inuestitura laudemium
vel pecunia soluatur, tunc Vasallus vnicum tan-
tum laudemium soluere obligatus est, licet plures
casus petendae inuestiturae vel ex una vel ex ytraque
parte euenerint; sin vero tenor pacti vel statuti
clarus

clarus non sit, illud, quod in isto loco, in quo bona feudalia sita sunt, consuetum siue usitatum est, inspicendum; sin autem nec de illo, quod in loco, in quo feudum situm est, consuetum vel usitatum est, liqueat, quia videlicet mos illius regionis varius est, verba tam pacti quam statuti ita accipienda sunt, ut licet plures casus petendae inuestiturae euenerint ante inuestitaram petitam, Vasallus tamen non pro omnibus casibus, sed pro vniuersitate tantum inuestitura laudemium & sic etiam Taxam feudalem soluere cogatur. MATTH. DE AFFECTU, cap. i. in pr. n. 35.

THESS. XLV.

Quaeritur vero: si Vasallus plura habeat feuda sub unius Domini iurisdictione sita, & de iis inuestiatur, an pro illis omnibus unam saltem Taxam an plures pro numero feudorum exsoluere teneatur? Huius quaestionis mentio ac decisio ratione feudorum Imperii habetur in *Capitulatione nonissima Caroli VI. Art. 17.* ubi de Taxa feudali in proposito casu sequentia extant verba: In der Lehen-Tax wöllen wir bey der Verordnung der gildenden Bulle (vid. A.B. cap. 29.) vermöge deren von einer Belehnung, wann gleich verschiedene Lehen empfangen werden, mehr nicht, als ein einfacher Tax zu entrichten, verbleiben, noch einige Erhöhung ohne der Stände Willen aufzunehmen lassen, vielweniger die Churfürsten, Fürsten und Stande mit den Ansfalls-Geldern von dem Lehen, damit sie alibereit coinvestiret geben, oder sonst mit ungewöhnlichen und neuerlichen Ansforderungen nicht beschweren noch beschweren lassen.

E 2

THESS.

36 DISSERTATIO IN AVGVRALIS

THES. XLVI.

Ratione temporis puto, Taxam feudalem non deberi tempore recognitionis, sed tempore inuestitutae; quamvis enim verum sit, quod quilibet Vasallus intra fatale, scilicet intra annum a tempore mortis, teneatur feudum recognoscere, & sic videri posset, intra hoc idem spatium etiam praestationes laudemiales exsoluendas esse; tamen rectior & verior habetur sententia, quod scilicet non tempore recognitionis sed tempore inuestitutae debeatur praestatio laudemialis seu Taxa feudalis, tum quia haec est onus inuestiturae, non recognitioni adhaerens, cuius causa efficiens propinqua est ipsa inuestitura, tum quia taxa feudalis propter inuestitutam siue pro ipso actu inuestiendi & pro confectione literarum inuestiturae ministris seu officialibus tanquam honorarium exsoluitur & laudemium minus vocari solet, vid. *Respons. Facultar. Iurid. Argent. in FABRI Staats-Cantley part. 2. p. 238.* *SCHILTER. Comment. in Cod. Iur. Alemann. feud. p. 299.* & eius *dissertat. de bon. laudem. §. 8. Mand. Elect. Saxon. de dato 12. Nouembr. 1691. ibi:* Wann sie nun beliehen, wollen wir auch, daß ein ieder den aufs neu gesetzten Lehen-Brief umb den gesetzten und gewöhnlichen leidlichen Lehen-Tax unverlängt ablöse.

THES. XLVII.

Fluit ergo ex his, quod ante inuestitutam Taxa feudalis exigi non possit, quia exsoluitur quasi in compensationem laboris, quem officiales Domini

Domini habent, Vasallum in actualem possessionem inducendo. SVRD. *Decis. 31. num. 8. BACHOV.* equidem putat, praestationem laudemialem debet ante traditionem vel inuestituram, cui et diametro aduersatur FRANZK. qui post reuera peractam inuestituram illam debet statuit. Rectius media sententia ysu fori feudalisi obtinet, quod simul & eodem tempore soluatur laudemialis prae statio & inuestitura detur. SCHILTER. *in Comment. de Bon. laudem. pag. 646. iu not. de beneficiariis Imp. norat.* SPRENG. *in lucern. p. 160.* quod, postquam inuestitus ad prae stationem iuramenti feudalitii per decre tum admissus fuit, dehinc intra mensam taxam Cancellariae necessario exsoluere teneatur: Et ita expresse statutum fuit per commune quoddam Senat. Imper. Aulici Decretum de anno 1659. d. 13. Augusti. Iung. decret. de anno 1659. d. 18. Mart.

THES. XLVIII.

Ex dictis porro infertur, si contrahentes ante petitam & instantem inuestituram a contractu recedant, quod nulla debeatur prae statio laudemialis & taxa feudalisi. HORN. *de renonat. inuest. & laudem. S. 23. FRANZK. de laudem. cap. 5. pag. m. 33. n. 42. & 43.* quia laudemium & taxa feudalisi soluitur pro in uestitura; cessante autem hac causa, non immrito cessabit prae statio laudemialis. Contrarium vero vbi per consuetudinem introductum obtinet, illud non immerito inhaerendum est.

34HT

B 3

THES.

38 DISSERTATIO IN AVGVRALIS

THESS. XLIX.

Vnde liquet etiam exinde, quod non illi officiales, qui recognitionis attestatum vulgo den Muth-Zedul, oder Muth-Schein praebent, Taxam feudalem exigere possint, sed saltem ii, qui actum inuestiturae expediunt, quia sicut laudemium, ita & Taxa feudalis honorarii seu sportulae loco est pro labore ac opere inuestiturae. F. RANZK. de laud. cap. V. num. 16.

THESS. L.

Si vero contingat, officialem seu ministerium Curiae feudalium, qui actum inuestiturae expedierit, decedere, antequam Taxa feudalis fuerit exsoluta, tunc haeredes eius sine dubio defuncti partem praezendere possunt: quia succedunt in omnia defuncti iura ac per consequens etiam in istud debitum actuum. I. nibil aliud 24. ff. de V. S. I. haereditas 62. ff. de R. I. CARPZOV. lib. VI. Tit. VII. Respons. 64. num. 1.

THESS. LI.

Circa doctrinam de Taxa feudalii quaerunt Doctores, an haec ad fiscum Imperii sit referenda? Et respondetur negando, sed sportulae illae inter ministros aulae & Cancellariae seu Curiae feudalium distribuuntur. SCHILTER. in Inst. iur. publ. Romano-Germ. Tom. I. lib. 2. Tit. 1. §. 13.

THESS. LII.

Quoad remedia iuris, illa consideranda sunt vel a parte Domini, vel a parte Vasalli.

THESS.

THES. LIII.

Domino pro consequendis praestationibus laudemialibus Doctores varias attribuant actiones, ut actionem hypothec. inter quos est AMED. DE PONTE *quaest. 35.* Nonnullis placet rei vindicatio, adhuc alii arridet actio personalis; quidam conditionem ob causam competere putant. Plurimi in sententiam transeunt Dni. STRUVII *Syntagma Iur. Feud. cap. 10. §. fin.* quod scilicet emphyteusi laudemium peti possit actione ex contractu emphyt. quia spectat ad recognitionem Domini directi, quae ipso contractu ab emphyteuta, qui recipitur, promittitur.

THES. LIV.

Vassalus, si praeter debitum ad praestationem aliquam laudemiale vel ultra, quam solitum est, adstringitur, uti potest provocatione *ex l. diffamari C. de ingen. manumiss.* Beneficium enim hocce locum habet in omni genere causarum ciuilium & criminalium. BOGER. *Decis. 255. num. 7.* Potest etiam utilis actio negatoria institui, quippe quae non solum pro seruitutibus, sed & pro omnibus iuribus incorporalibus denegandis ex communi Dd. sententia competit. Porro emphyteutae actionem emphyteuticam vtilem, nec non Vassallo vtilem actionem feudalem aduersus Dominum competere putant. Locum etiam habet interdictum, uti possidetis, quod remedium possessorium est ideoque petitorio praefendum.

THES.

40 DISSERT. IN AVGVR. DE TAXA FEVDALL.

THES. LV.

Ratione iudicii, coram quo quaestiones laudemiales ventilandae, distinguendum est: Si controversia occurrit de re aliqua, & agitur in rem contra debentem, forum quis sortitur ibi, vbi res sita est *l. vlt. C. vbi in rem l. 38. ff. de judic.* si vero actio intentata personalis, actor debet domicilium rei sequi per regul. in *l. Iuris ordin. 2. C. de iurisdic^t. omn. iud.*

THES. LVI.

Atque haec sunt, quae pro angustia temporis de Taxa feudali collegi, & publicae eruditorum disquisitioni submittere constitui. Si vero lectoris spei non satisfecero, ignoscat mihi rogo; Omnia enim habere memoriam & in nullo peccare, potius diuinitatis quam humanitatis dicitur *in Confit.*

Tanta §. 14. de Confirm. Digestorum;
interim

Sit soli summo gloria summa DEO.



31HT

TA-OC (1+12)

56.





HENRICI PHILIPPI
DOEBNERI,
ILLVSTRIS REGIMINIS SAXO-COBVRGENSIS
ADVOCATI ORDINARII

DISSE R T A T I O
IN AVGVRALIS
DE
TAXA
FEVDALI

Vom

Hehn = Gar.



JENAE, RECVSA LITTERIS CROEKERIANIS,
M DCC XXXVIII.